quod est totum xpistus dominetur. ut nobis
fit dominus diues in omnibus. Hec enim sunt
eius diuitie. ut poce in quo thesau
ri sapientie et scientie sunt absconditi.
Quas tamen diuicias non dixit largiri
eum omnibus hominibus. sed omnibus qui
cumque inuocauerint nomen eius. Neque
enim omnis qui quomodo inuocauerit
nomen domini saluus esse potest. sed qui
opera inuocationis digna fecerit. ipse
saluabitur. Dicit scilicet psalmus. prope est
dominus inuocantibus eum. in ueritate.
Ubi tetragramaton est. quod hebrei tra
dunt dei nomen ineffabile designa
ri. et in alia scriptura. inuocabunt
me et ego non exaudiam eos. Quomodo
hic absolute ponitur qui inuocauerit
nomen domini saluus erit. nisi hanc in
uocationem intelligamus significatam
fuisse sinceram. id est cum humilitate
te cordis expressam. ut deus cum confes
sione ueri dogmatis inuocetur.

Quomodo ergo lectio tercia
inuocabunt. in quem non credi
derunt. Xpisto enim iudei non credi
derunt. et ideo nec inuocant eum in
quem non crediderunt. Nam quod
supius dicit. Omnis qui inuocauerit
nomen domini. ad xpistum dominum docuit re
ferendum. Si ergo et enoc et moyses
et aaron et samuel inuocabant dominum.
et ipse exaudiebat eos sine dubio xpistum
ihesum inuocabant. Et si inuocare nomen
domini et orare dominum. unum atque idem

est. sicut inuocatur xpistus. et orandum est
xpistus. et sicut offerimus deo patri primo
omnium orationes. ita et domino ihesu
xpisto. Et sicut offerimus postulationes
patri. ita offerimus postulationes et
filio. Et sicut offerimus graciarum actio
nes deo. ita et gratias referimus saluatori.
Unum namque utrique honorem deferen
dum. id est patri et filio diuinus edo
cet sermo cum dicit. Ut omnes hono
rificent filium. sicut honorificant
patrem. Aut quomodo credent ei
quem non audierunt. Possumus sic
intelligere. quia uel ipsum in carne
positum uel apostolos eius predicantes de
eo audire noluerunt. Sicut et ipse
dominus dicit. Qui uos audit. me
audit. Et qui uos spernit. me spernit.
Potest autem et hoc intelligi. quod etiam
nunc et semper xpistus tanquam uerbum
et racio uniuscuiusque loquitur in corde. et
de pietate doceat. de iusticia suadeat.
de castitate. de pudicitia. et de omnibus
simul uirtutibus prestetur. Sicut et
ipse dicit. Oues mee uocem meam
audiunt. Quomodo autem audient
sine predicante. In hoc magis per pre
dicantium sermonem xpistum ostendit
audire. in quibus secundum ea que supra
diximus. xpistus loqui et docere monstratur.

Quomodo lectio
uero predicabunt nisi mit
tantur. Difficultas michi quedam
in hoc sermone uidetur exsurgere.

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1501, fol. [2]v – Office lectionary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ucq6/7359/59190)